

QVÆSTIO XLVIII.

Ex heredare.] De sepere caulis, ob quas licet filijs exheredare pareres dixi supra q. 41. ad quas Auctor infra se remittit, quæst. seq. Giach.

An liceat filijs exheredare, aut praterire parentes suos. An t[er] & quatenus filijs liceat patr[em], vel ascendentes per lineam paternam praterire, aut exheredare: post Clarum nostrum luculenter exponit Anton. Gomez. to. 1. variat. resol. iur. ciuil. cap. 36. Vafq. de success. creat. §. 20. nu. 24. Mich. Grass. lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, quæst. 45. num. 1. Thadeus Piffo lib. 2. var. resol. cap. 10. num. 13. Harprec.

Sed etiam, si testetur de peculo castrensi. Num. 2. quid filijs, de bonis castren-



Vero nunc, quid est conuerso, an liceat filijs exheredare aut praterire parentes suos?

Respondeo distinguendum est inter patrem, & ascendentes per lineam paternam, & matrem, & ascendentes per lineam maternam. Quoad patrem, & ascendentes, per lineam paternam, dic, quod si pater est à filio exheredatus sine causa, testamentum est ipso iure nullum, si verò est adiecta exheredationi causa ingratitudinis, valet testamentum mero iure: sed si ipsa causa non probetur, potest à patre impugnari per querelam inofficiosi: si autem pater

si prateritus à filio in potestate, tunc sine adiecta sit prateritioni causa, sine non, semper testamentum est ipso iure nullum. Si verò sit prateritus ab emancipato, tunc si non est adiecta causa, prateritione causa valet testamentum. sed potest pater illud rumpere per contra tabulas. Et hæc est communis opinio, vt attestatur Gul. de Bened. in 1. par. repet. cap. Raynutius, fol. 207. num. 251. in fin.

Et hæc omnia intellige, vt procedant nõ modo si filius testetur de peculio quasi castrensi, de quo potest testari, nõ obstante, quod si filiusfamil. vt dixi sup. q. 18. sed etiam, si testetur de peculio castrensi. Nam hodie non potest filius in potestate condens testamentum, de peculio castrensi, vel quasi parentes suos praterire: alias si eos pratereat, siue cũ causa siue sine causa, testamentum est nullum: si verò eos exheredet, est locus querelæ. Ita tenet gl. in l. fin. in verbo, testamenti, C. de inoffic. testament. & ita communiter tenetur, vt dicit Fulgos. in repet. Auth. ex causa, num. 7. Hanc etiã opin. dicit esse communem Alexand. in l. nemo. in fin. C. qui testament. fac. poss. l. a. in d. l. fin. nu. 5. C. de inoffic. testamen. Curt. in d. Auth. ex causa, num. 49. Ripa in l. Centurio, post nu. 43. ff. de vulgari.

ibus testantis, testamentum subiacet querelæ inofficiosi, abunde explicatum est supra ad q. 15. nu. 33. & seq. Harpr.

Ex Additionibus.

- 1 Vtrum filius possit matrem sine causa praterire, remissiuè.
2 Propter quas causas liberi parentes exheredare queant.
3 Patria potestas in pietate, non in atrocitate consistere debet.
4 Cur filij ex pluribus causis possint exheredari, quam parentes.
5 Nullus affectus paternum vincit.
6 Vbi maior affectio, ibi maior ingratitudo.
7 Non equum est, vi filius sit censor morum patris.

QVÆSTIO XLIX.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Filijs an liceat matrem, vel ascendentes per lineam maternam, praterire, aut exheredare.
2 Et quibus ex causis.

ADDITIONES.

Filius non potest matrem sine causa praterire.] Adeo t[er] idem sententias Antonium Gomezium, tom. 1. variat. resol. iur. ciu. cap. 1. nu. 36. Fernandum Vafquium de succession. creat. §. 20. numero 24. versic. quod si mater, &c. Grass. libro primo, recept. sentent. §. testamentum, q. 45. numero tertio, & Pifsonem libro secundo var. resol. cap. 10. nu. 13. vers. idem dicendum est, &c. Harprec.

Qua autem sint cause, propter quas filij possunt exheredare pareres, & d.] Liberi t[er] parentes tantum propter octo causas exheredare possunt. Prima est: si parentes ad interitum vitæ liberos suos tradiderint, siue eos criminaliter accusauerint, Nouell. 115. capit. 4. §. 1. vbi excipitur causa læsæ maiestatis.

Secunda est: si parentes venenis, aut maleficijs, aut alio modo vite liberorum insidias struxerint, dict. Nouell. 115. capit. 4. §. 2. Hodie enim sublato vitæ, necisque iure, l. 3. & l. vlt. C. de patr. potest. patria potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere, l. diuus §. in fin. ff. ad l. Pomp. de partitid.

Tertia est: si pater nuptias, aut concubinæ filij sui sese immiscuerit, d. Nouell. 115. c. 4. §. 3.

Quarta est: si pareres liberos suos in rebus illis, in quibus habent testandi licentiam, puta castrensis, vel quasi testamentum condeque prohibuerint, d. c. 4. §. 4.

Quinta est: si mater patri, vel matri pater veneno, aliove modo insidiatus fuerit, vel ad interitum, vel ad mentis alienationem, Tunc etenim filijs permittitur, nihil in suo testa-

QVÆSTIO XLIX.

Vo verò ad matrem, vel ascendentes per lineam maternam, Dic, quod filius non potest matrem sine causa praterire, neque à legitima excludere. Ita communiter tenetur, vt dicit Gulielm. de Bened. in 2. parte repet. capit.

mento illi persona relinquere, quæ tale scelus nocuit commississe, dict. cap. 4. §. 5.

Sexta est, si parentes liberos furorē correptos curare, & alere neglexerint, d. c. 4. §. 6.

Septima: si liberos captiuos non redemerint, dict. cap. 4. §. 7. Raynutius, fol. 46. post numer. 30. Ceterum cum causa bene potest, & talis prateritio pro exheredatione habetur, §. 5. a. cumus, in Auth. vt cum de appellat. cognosc.

Qua autem sint cause propter quas filij possunt pareres exheredare, aut praterire: vide in d. §. sancimus. cum ibi not.

quàm liberi erga parentes: cum t[er] amor descendat, non ascendat, nullusque affectus paternum vincat: & parentes magis liberos suos, quàm seipfos diligant, l. fin. in princ. bique Gothfred. C. de curatore furios. §. vltim. Institut. de noxalib. actionib. l. isti quidem. 8. in fin. & inibi Accurs. ff. quod met. caus. Schneidevui. ad princ. tit. Institut. de exheredat. liber. num. 22. At t[er] vbi maior affectio, ibi maior ingratitudo. Vnde fit, vt liberi pluribus ex causis ingrati fiant erga parentes, quàm parentes erga liberos: & consequenter pluribus ex causis exheredentur, lason in auth. non licet. C. de liber. preter. Speckhan. cent. 1. q. 95. in fin.

Quinimò quædam iure patriæ potestatis, vel naturæ parentibus in liberos permittuntur: quæ è contrario liberis prohibentur: Quid t[er] enim, si pater filium verberauerit, vel ei conuicium fecerit: an non æquissimum est; hoc patri condonetur? At nõ vice versa æquum est, vt filius sit censor morum patris. Nam lex erubescit castigatores filios genitoribus statuere, aucto. Iustini. Nouell. 22. c. 24. Harpr.

QVÆ-

QVÆSTIO L.

SVMARIA.

Ex Claro.

- 1 Frater à fratre prateritus, aut exheredatus, non impugnat eius testamentum, nisi in eo sit instituta turpis persona.
2 Et an rumpatur eo casu in totum, an autem vsque ad legitimam tantum.
3 Et quid si aliquid legati nomine fratri reliquerit, deinde turpem personam heredem instituerit.

Ex Additionibus.

- 1 Quenam persona dicatur turpis adhoc, vt si instituat in testamento frater, frater prateritus querela inofficiosi, agere possit.
2 An spurius sit infamis & turpis, adeo vt, eo heredem instituto, querela isthæc locum habeat.
3 Nemo debet alterius odio prægruari.
4 Alteri per alterum iniqua conditio non inferenda.
5 Crimen paternum filio nullam maculam infligere potest.
6 Sententia can. nunquam. 3. distinct. 56.

- 7 Sententia can. dominus. 7. distinct. 56.
8 Sententia can. nasci. 4. distinct. 56.
9 Consideratio l. spurij. 6. ff. de decurionib.
10 Infamibus portæ dignitatum non patent.
11 Qui nihil admittit, is infamia non potest dici notatus.
12 Quis infamia facti laborare dicatur.
13 Infantes, vt pote doli, & culpæ incapaces, peccare non intelliguntur.
14 Refutatio contrariorum.
15 Sententia l. fratres. 27. C. de inoffic. testam.
16 Sensus l. generaliter. 3. §. 2. ff. de decurionib.
17 Quinam recipiantur in numerum Assessorum, Advocatorum, vel procuratorum in Camera Imperiali.
18 Equid virgo, quæ vi amoris coacta, amanti copiam sui fecerit, ceseatur meretrix, turpisq; persona, vt hæres institui nõ possit.
19 Meretrix quæ proprie dicatur.
20 Amor, & furor æquiparantur.
21 Amor ipso igne potentior.
22 An querela, quæ competit fratri, turpi personæ instituta, rescindat testamentum in totum, an vero duxat pro parte, remissè.

ADDITIONES.

Sue exheredatus.] Ponæ, frater contra fratrem commisit causam vnam de causis ingratitudinis: de quibus in Authent. de nupt. vers. ingratitudinem. Et frater, contra quem commissâ fuit ingratitudo, nõ fecit testamentum: an frater ingratu succedet ei? vide per Iac. de S. Georg. Auth. non licet, num. 2. C. de liber. præter. vbi quod sic, ex quo censetur sibi remissa iniuria, cum non condiderit testamentum. Giach.

Pro tantum casu excepto, quando scilicet frater aliquam turpem personam heredem instituit.] Hoc loco addendum, quenam t[er] persona dicatur turpis ad hoc, vt si instituat in testamento fratris, frater prateritus querela inofficiosi agere possit: Breviter autem sciendum; quod quilibet infamis infamia iuris censetur esse turpis, veluti condemnatus per sententiam ex aliquo delicto publico, vel ex delicto priuato in trib. castibus, videlicet furti, vti bonorum raptorum, & iniuriarum, vel ex contractu in quatuor casibus, scilicet ex dolo commissio in contractu depositi, pro focio, mandati & tutelæ & similes, de quibus in l. 1. & seqq. ff. de his, qui notant. infam. leg. 2. l. improbum fœnus, 20. & tut. tit. C. ex quib. caus. infam. irogat. Sed & turpis persona dicitur in materia præfente infamis infamia facti, cuius opinio ratione officij, vitæ, vel morum, apud bonos & graues viros est grauata, l. ea, quæ 13. C. d. tit. & l. 2. C. de dignitat. & notar Gomezius tom. 1. var. resol. iur. ciu. cap. 11. num. 38. eumq; referens Thadeus Piffo lib. 2. var. resol. cap. 13. num. 21.

QVÆST. L.



Vcessiuè quero, quid in collateralibus? Respo. quod in illis non est tractandum de prateritione, aut ex-

spurius est institutus, posset à fratre querelari (vbi loquuntur) siue impugnari: spurius grauaretur odio patris, & inferretur ei iniqua conditio per patrem. Ergo dicendum est: quod querela impugnare non possit. II. Quia t[er] in iure, ac ratione naturali fundamentum est axioma, crimen paternum nullam maculam filio infligere posse: sed vnumquemque ex suo admissio forti subijci; nec alieni criminis successorem quoniam constitui, docente Callistrato in l. crimen. 26. ff. de pœnis. Iam vero propter crimen paternum macula spurio inureretur, si præterea, quod extra coniugium natus est, infamia laborare deberet. III. Huc t[er] non parum facit textus in can. nunquam 3. distinct. 56. vbi D. Chryostomus non minus vere, quam eleganter, De vitis, inquit, nunquam erubescamus parentum: sed illud vnum queramus, & semper amplectamur, virtutem videlicet. Item, ex meretrice natus & adultera, si propria virtute decoretur, parentum suorum non dedecoratur opprobrijs. IV. Et ideo (tradente D. Hieronymo) Dominus t[er] noster Iesus Christus voluit non solum de alienigenis commissionibus, sed etiam de adulterinis nasci, quo nobis magnam fiduciam præstaret, vt qualicumq; modo nascamur, dum tamen vestigia eius imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidem membra effecti sumus, cuius opinio ratione officij, vitæ, vel morum, apud bonos & graues viros est grauata, l. ea, quæ 13. C. d. tit. & l. 2. C. de dignitat. & notar Gomezius tom. 1. var. resol. iur. ciu. cap. 11. num. 38. eumq; referens Thadeus Piffo lib. 2. var. resol. cap. 13. num. 21.

spurius est institutus, posset à fratre querelari (vbi loquuntur) siue impugnari: spurius grauaretur odio patris, & inferretur ei iniqua conditio per patrem. Ergo dicendum est: quod querela impugnare non possit. II. Quia t[er] in iure, ac ratione naturali fundamentum est axioma, crimen paternum nullam maculam filio infligere posse: sed vnumquemque ex suo admissio forti subijci; nec alieni criminis successorem quoniam constitui, docente Callistrato in l. crimen. 26. ff. de pœnis. Iam vero propter crimen paternum macula spurio inureretur, si præterea, quod extra coniugium natus est, infamia laborare deberet. III. Huc t[er] non parum facit textus in can. nunquam 3. distinct. 56. vbi D. Chryostomus non minus vere, quam eleganter, De vitis, inquit, nunquam erubescamus parentum: sed illud vnum queramus, & semper amplectamur, virtutem videlicet. Item, ex meretrice natus & adultera, si propria virtute decoretur, parentum suorum non dedecoratur opprobrijs. IV. Et ideo (tradente D. Hieronymo) Dominus t[er] noster Iesus Christus voluit non solum de alienigenis commissionibus, sed etiam de adulterinis nasci, quo nobis magnam fiduciam præstaret, vt qualicumq; modo nascamur, dum tamen vestigia eius imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidem membra effecti sumus, cuius opinio ratione officij, vitæ, vel morum, apud bonos & graues viros est grauata, l. ea, quæ 13. C. d. tit. & l. 2. C. de dignitat. & notar Gomezius tom. 1. var. resol. iur. ciu. cap. 11. num. 38. eumq; referens Thadeus Piffo lib. 2. var. resol. cap. 13. num. 21.

Hic quæri t[er] inconuenienter poterit: an ne talis persona sit etiam spurius, ita vt si fuerit, prateritis fratribus, vel sororibus, institutus, testamentum querela inofficiosi impugnari queat? Et sane multi affirmant; spurius, quantumvis re & vita honestum, non quidem laborare infamia iuris, sed tamen infamia facti; & consequenter locum querelæ esse, ex remedio l. fratres, 27. C. de inoffic. testament. ibique lason num. 10. Azo in summa eo. ex quib. caus. infam. irrog. nu. 4. & post eum Bart. Bald. Alex. & alij in l. 8. ff. de liber. & post. h. heredib. inf. t. Afflict. decisio. 125. & 204. Gozadin. conf. 85. Curtius Iun. conf. 37. Thefaurus decis. 126. num. 5. Ancharan. Iun. quæst. familiar. lib. 3. quæst. 36. num. 8. hosq; referens Piffo d. lib. cap. 13. num. 22. vers. contrariam tamen sententiam, &c. Sed t[er] quo minus huic opinioni subscribam, sequentia potissimum efficiunt argumenta. I. Quia t[er] nemo debet alterius odio prægruari, cap non debet 22. de reg. iur. in 6. & alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet, l. non debet alteri, 74. ff. de reg. iur. Atqui si testamentum, in quo

causa, cur is, qui nihil admittit, opinione, & existimatione apud bonos. & honestos viros grauari debeat. VIII. Denique si spurij ob id, quod ex legibus improbo coitu nati sunt, infamium loco habendi essent: consequens foret, eos statim ab ineunte aetate, & infantia turpes, atque infames existimandos esse. Atqui vero ius nostrum satis crudele esse pronunciat, vt infantes, qui sensu carent, adeoque doli, & culpae incapaces sunt, peccasse intelligantur, l. si quis suo. 33. in fi. C. de inoffic. testam. & l. i. verfic. impuberes vero, C. de falsa moneta.

13 His tamen nihil refragatur can. si gens. 9. distinct. 56. can. coniunctiones. 2. caus. 35. q. 2. & 3. ca. accedens. 14. de purgat. can. cap. per venerabilem. 13. ad fin. qui filij sunt legitimi. Sapient. c. 3. ver. 16. & c. 4. ver. 3. & seqq. in quibus, & similibus locis spurij infamia notari videtur, & ad sacros ordines promoueri prohibetur. Nam omnia ista loca non de omni indistincte spurio sunt exaudienda: sed de eo duntaxat, qui re, & vita inhonestus est, quiq; paternis vestigijs, & vitijs inficit: neutrumque vero de illo, quem propria virtus, vitaeque honestas commendat, quique a Santa Matre Ecclesia habitatus fuerit; prout ipsimet sacri canones textus adductos interpretantur. can. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 12. & 13. distinct. 56.

15 Sic tamen minime aduersatur, quod ad fratris testamentum, tanquam inofficiosum impugandum sufficiat, si in eo scripti fuerint haeredes infamiae, vel turpitudinis, vel leuis nota macula aspersi, d. l. fratres. 27. C. de inoffic. testam. Sed spurij leuis nota macula aspersi videntur, argum. tamen generaliter, 3. §. 2. ff. de decurionib. vbi si in dignitate, vel magistratu adipiscendo spurij competitorum habent legitime natum, hic illis praefertur. Hoc, inquam, minime aduersatur. Spurios namque nulla profusus, adeoque ne infamia quidem facti laborare, ex eo percipiu euidet, quod infamibus portae dignitatum non pateat, d. l. 2. C. de dignitatib. & d. cap. penult. de reg. iur. in 6. At spurij, si re, & vita honesti sunt, & propria virtute decorentur, ad dignitates, & honores admittuntur, d. l. 3. §. 2. ff. de decurionib. cum non impedienda sit dignitas eius, qui nihil admittit, d. l. spurij. 6. in princip. ff. eod. praeterea non valet haec consequentia: qui e legitimo thoro est natus, praefertur spurio in decurionatu. Ergo spurios est inhonestus, seu turpis, siue leuis nota macula laborat. Sed illud potius sequitur, quod qui ex legitimo thoro genitus est, honestior sit spurio: id quod non negatur. Sane in Camera Imperij nemo in numerum, vel Assessorum, vel Aduocatorum, vel procuratorum recipitur, nisi vel Nobilis sit, vel Doctor, vel Licentiatu iuris, iuxta ordinat. Cam. Imper. part. 1. tit. 3. & 18. Gail. lib. 1. obseruat. 43. num. 7. inde tamen non recte colligitur: quod reliqui, qui ab eiusmodi dignitatibus, & muneribus arcentur, infamiae alicuius macula laborare videantur. Huicque sententiae non inuicem adspiciuntur Gabriel Palaotus in tract. de noth. spurij. que cap. 55. Roland. conf. 87. lib. 3. Hartman. Pistoris lib. 1. q. iur. q. 30. Fachineus l. b. 4. controuerf. iur. c. 93. D. Collega Bocer. in tract. de inuestitur. feud. cap. 3. nu. 141. & in Comentar. ad l. vnic. C. de famof. libell. cap. 1. num. 11. & seqq. alijque, quos laudauimus ad §. 1. Instit. de iniur. num. 237. & ad §. 1. Instit. de inoffic. testam. num. 13. & seqq.

18 Addenda hoc loco, & illa est perquam elegans quaestio: vtrum tamen virgo, quae amoris aestro percita, amanti copiam sui

fecit, censetur meretrix, adeoque turpis persona, vt propterea a testatore (fratre eius, vel sorore praeteritis) haeres institui non possit: Et eam meretricem, aut turpem, siue infamem personam non esse, ac proinde a testatore institui posse (etiam eius fratres, sororeque praeteritis) rationes non contem-
 19 nenda euincunt. Primo enim meretrix illa proprie dicitur, quae quatuor corpore suo facit, l. athletas 4. §. ait pretor. ff. de his, qui notant. infam. l. palam 43. §. non est ignoscendum. 5. & §. seqq. ff. de rit. nupt. At quae amoris causa copiam sui facit, quatuor non exercet. Ergo non est meretrix: & consequenter non turpis persona: quod meretrix est adiunctum. l. Paconius 3. in princip. ff. si quis a parente manumissus sit. Deinde de amore capta furiosa perhibetur. Nouell. 74. c. 4. in princip. verf. nouimus, & c. Furorem autem non puniri, liquido patet ex l. infans. 12. ff. ad leg. Corneli. de sicari. l. diuus. 14. ff. de offic. praesid. l. omne. 6. §. qui nupt. ff. de re militari. Praeterea quae coacta se prostituunt, meretrix non appellatur, nec infamis, leg. fedissimam 20. & ibi Bal. C. ad leg. Iul. de adulter. Sed quae amore capta, virginalis claustrum alicui concedit
 21 aperiendum, vt tamen potentia amoris cogitur: cum amor fit ipso igne potentior, teste Alciato in libello emblematum, vbi ita canit:
*Aligerum fulmen fregit Deus aliger, igne.
 Dum demonstrat vii est fortior ignis amor.*
 Sequitur ergo: mulierem illam, quae vi amoris coacta copiam sui amanu fecit, nullam infamiam, aut poenam incurere. Hancque sententiam copiosius explanauimus ad d. §. 1. Instit. de inoffic. testam. num. 19. & seqq. cui suffragantur quoque Menoch. lib. 2. de arbit. iud. quaestio. cent. 4. cas. 28. nu. 3. cum seqq. Ioan. Faber. ad d. §. 1. nu. 4. Instit. de inoffic. testam. Baia. in infra ad lib. 5. Clari nostri, q. 24. num. 100. Vngepaur. Exercitat. Iustin. 16. q. 10. Arithmeas disput. 9. Collegij criminal. thes. 5. ad lit. D. alijque ab eo relati. Harprec.
 c. Querela inofficij.] Verum scias, quod vbi frater fratribus fecit legatum, quod tunc istis fratribus legatarijs haud potest competere querela, etiam turpi persona instituta: sed solum agere possunt ad legitimum supplementum: commune dixi, in collect. mea comun. opi. verb. frater, quod auctor in fin. plene tract. Sed nunquid conferuabuntur legata, si frater expugnet testamentum, in quo turpis persona sit instituta? vide per Jacob. de S. Georg. in alleg. Auth. ex causa, num. 37. Giach.
 d. Nunquid per huiusmodi querelam testamentum rumpatur
 22 in totum, & c.] Num tamen querela, quae competit fratri, turpi persona instituta, rescindat testamentum in totum, an vero pro parte tantum, hoc est, vsque ad legitimam, post Clarum nostrum, & ab eo hic recitatos, late, & quidem diuersimode explicant Ant. Gomezius tom. 1. var. resol. iur. ciu. c. 1. nu. 37. Rodericus Soarez in l. quoniam in priorib. 32. C. de inoffic. testam. in euidentialib. nu. 12. Testaurus decif. 128. nu. 9. & seqq. Schar. in l. fratres. 27. nu. 9. C. de inoffic. testam. Grassius lib. 1. recept. sentent. §. testamentum, q. 46. num. 4. Thadeus Pifo lib. 2. var. resol. cap. 13. num. 19. alijque per hos adducti. Harprec.
 c. Et ideo aduerte, ne equiuoces.] Vide Michael Grass. vol. 3. comm. opin. lib. 2. q. 28. qui clarus huius distinctionis ad-monebit, & cum Iuliano Rolan a Val. consil. 87. volum. 3. a quo non solum hoc discas, sed etiam spurium institutum facere locum

locum querele, testamētum in totum etiam quo ad legata, & fideicommissa singularia subuerti, nec ei quicquam clausulam codicillarem opitulari. Gouean.
 hoc casu solummodo agere possit ad supplementum legitime, tenuit Angel. in l. 1. ff. de inoffic. test. Et hanc dicit esse magis communem opin. Paris. consil. 64. nu. 26. lib. 3. Et secundum istam opin. Angel. in facti contingentia iudicauit Conf. Neapolitanum, teste Afflict. in alleg. decif. 204. Et certe licet haec opinio videatur equior, quia magis fauet testamento: nihilominus mihi semper placuit contraria opinio, scilicet quod rumpatur in totum. Nam dispositio l. Fratres, non solum fundatur in fauore fratris, sed etiam in odio personae instituae; neque verum est, quod ita tenendo esset melioris conditionis frater, quam filius; quia imò idem esset in Filio, si non esset institutus, sed tantum legati nomine aliquid ei relictum fuisset; Nam & ipse proculdubio impugnat testamentum in totum, non autem petit supplementum legitime, vt dixi supra quaestione 38. Et licet fauendum videatur dispositioni testatoris: tamen vbi rationabilis est, vt in hoc casu, in quo testator praetulit turpem personam fratri, potius esset fauen-

dum illi, qui ab intestato fuisset successurus: & si casus contingeret, ita consulerem, & iudicarem, licet Curt. Iun. in dicta lege prima, numero sexto dicat, quod requisitus, vt consuleret, in casu, in quo scripsit Decius in allegato consilio 530. recusauit consulere. Possunt tamen in hoc proposito considerari tres casus, & hoc modo distinguendo, omnes opiniones ad concordiam reduci. Aut in testamento, in quo turpis persona est instituta, nihil relictum est fratri: tunc per querelam rumpit Testamentum in totum, & ita procedat, quod dictum est supra versicul. Sed quero. Aut reliquit aliquid, sed non titulo institutionis, & tunc pariter rumpit totum ad exemplum descenditium. Licet enim regulariter in collateralibus non sit necessarius titulus institutionis, neque eis aliqua legitima debeatur; est tamen speciale, vt dixi, quando turpis persona est instituta, quia eis debetur legitima; & consequenter non est impertinens dicere, quod talis legitima sit eis relinquenda titulo institutionis, & ita procedat opin. Guliel. de Cun. quam ego sequor. Aut verò hic est tertius casus, reliquit titulo institutionis, sed minus legitima, & tunc procedat opin. Angel. & sequacium. Cogita.

QVÆSTIO LI.

SVMARIA.

Ex Claro.

1 De praeteritione patroni per liberum in testamento facta.

Ex Additionibus.

- 1 Quid de l. Papia de successione libertorum cautum fuerit.
- 2 Quid Iustinianus Imperator de successione libertorum statuerit.
- 3 Patroni liberi pro patronis habentur.

ADDITIONES.

§. Ed nostra instituit. de successione libertorum.] De successione libertorum, in allegato §. Sed nostra. 3. hoc proponitur: quod Iustinianus Imperator constitutione quadam sua Papiam legem) qua patronus ex bonis liberti, testato, intestatoque mortui, virilem portionem consequatur, si libertus sextertium centum millium patrimonium, id est, mille aureos illius gratis reliquerat, nec plures, quam vnum, vel duos liberos habuerat. Sin plures, quam duos reliquerat liberos: patronus omnino repellatur. §. postea verò. 2. Instit. dict. titul.) ita moderatus sit: vt si tibi libertus minus in bonis habeat centum aureis sui temporis, ei patronus non aliter succedere possit, quam si abique libere intestatus decesserit. Si verò patrimonium liberti centum sit aureorum, aut eam summam excedat, ique liberos habeat: patronus, tam ex testamento,

QVÆSTIO LI.

ESSET etiam hoc loco aliquid diceadum de praeteritione patroni per liberum in Testamento facta: sed quia haec materia patroni, & liberti ferè in desuetudinem abiit, remitto te ad a notata in §. Sed nostra. Instit. de success. libertor. cum similibus.

quàm ab intestato excludatur; liberis non extantibus, patronus ab intestato ad totam hereditatem admittatur. Sin autem libertus non habens liberos, testamentum fecerit: tertiam partem relinquere patrono cogatur: qua non relicta, bonorum possessio contra tabulas liberti, ad tertiam istam consequendam, patrono concedatur. Et sanè non solum ipse patronus, qui manumisit libertum, sed post eius mortem liberi quoque ipsius, nec non cognati, & agnati, salua tamen semper gradus prerogatiua, ad successione liberti vocantur, dicto §. fed nostra tertia Institutio de successione libertorum. Siquidem tamen hi pro patronis habentur, argument. leg. in seruitutem, 16. §. vltim. & ll. sequent. l. queritur, 38. ff. de bonis libertorum. Sed illam rem fusius persequuntur Mynfingerus, & Schneidevvinus ad dictum Titulum Institutionis de successione libertorum. Harprec.